

etiam guttas sanguinis, in imitabili intentionis profudit  
exemplo. Qui enim uult orationem suam ad dominum  
volare, faciat illi duas alas, ieiuniū & elemosynam, &  
ascendet celeriter, & exaudietur. Ieiuniū ergo cum  
oratione omnem uitatem inimici superat, & cunctam  
proteruitatem eius expellit, quod ostendit in euāgelio  
dominus, cum apostoli conquesti fuerant, quod lunas  
ticum curare non poterant, ita respōdetis eis. Hoc autē  
genus non eicietur, nisi per orationem & ieiuniū.  
Elemosynas autem orationē confirmat adiuuare libet  
actus apostolorum, cum narrat angelum Cornelio Cē  
turionī ita dixisse, Cornelī, orationes tuę & elemosynę  
tuę ascenderunt in conspectu domini. Sed prius de Ie  
iunio, postea de elemosynis dicemus. Quis enim pars  
imoniam non laudet, qui recolit prīmī homīnis lapsū  
per gulę appetitum accidisse? quis ieiuniū non p̄dicit,  
qui nouit Prothoplastum parentem nostrum per ēsum  
uictum, & saluatorem per ieiuniū dyabolū uicisse?

### DE IEIVNIO.

Ca. XVII.

i Eiunium res est sancta, opus celeste, ianua re  
gni, forma futuri. Quod qui sancte agit, deo  
fungitur, alienatur mundo, spiritualis efficitur.  
Per hoc enim prosternuntur uicia, humiliatur caro,  
diaboli tentamenta uincuntur.

### QVID SIT INTER IEIVNIVM ET STATIONEM,

Ca. XVIII.

i Eiunium est et parsimonia uictus, abstinentia ciborum, cui nomen inditum est ex quadam  
parte uiscerū tenui semp et uacua, quod uulgo



ieiunium uocatur. Vnde ieiunio nomen deriuatū. qd  
sui inedia uiscera uacula & exinanita existant. Ieiuniū  
autem & statio dicit. Statio autem de militari exēplo  
nomen accepit. pro eo quod nulla letitia obueniens ca  
stris. stationem militum rescēdit. Nam letitia liberius.  
tristitia sollicitius administrat disciplinam. Discernunt  
autem quidam inter ieiunium & stationem. Nam ieiu  
niū indifferenter cuiuslibet diei est abstinentia. non  
per legem. sed secundum propriam uolūtatem. Statio  
obseruatio statutorum dierum uel temporum. dierū.  
vt quartę ferię et sextę ferię. Ieiunium ex ueteri lege  
preceptum. de qua statione in euangelio dixit ille. Ieiu  
no bis in sabbato. id est in q̄rta et sexta sabbati. tēporū  
autem quę legalibus ac propheticis institutionibus  
terminatis temporibus statuta sunt. ut ieiuniū quarti.  
ieiunium quinti. ieiunium septimi. et ieiuniū decimi.  
vel sicut in euangelio dīes illi in quibus ablatus est spō  
sus. uſicuſ obseruatio quadragesimę. quę in uniuerso  
orbe institutione apostolica obseruatur circa confiniū  
dominice passionis.

DE IEIUNIO QVARTI. QVINTI. SEPTIMI.  
ET DECIMI MENSIS. Ca. XIX.

Eiunium ergo quarti est in mēse Iulio. septima  
decima die mensis eiusdem. quādo descendēs  
Moyses de monte tabulas legis confregit. in eo  
etiam die Nabuchodonosor urbis Hierusalem primū  
muros destruxit. Dies ieiuniū quīnti in mēse Augusto  
est. quādo pro speculatoribus ad terram sanctā missis.  
seditione in castris Hēbrōrum exorta est. & factum est  
ut per desertum quadraginta annos discurrerēt labo  
riose. et in annis. xl. in heremo omnes perirent. Siqdē  
& in eo mense a Nabuchodonosor et multo post tpe a  
cesare Tito templum eversum est atq̄ succēsum. & in  
obprobriū gentis pdite exaratū. Dies ieiuniū septimi.